ei singulis dictorum bonorum utilitatibus fructibus proventibus
attinen et pertinentijs generaliter universis nullis exceptis
tenebit habebit et possidebit illisq pacifice et quiete utetur
fruetur more ac iure aliarum reformationum hactenus
et diutius in Regno observari solitarum. Ceterum idem
recognoscens Nobilis Ilko Popiel dat et concedit plenam
facultatem et omnimodam potestatem Inscriptionem
presentem reformatoriam ex his Actis Castrensibus authen:
tice depromptis cuivis amico praefatae Consortis suae ad
Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se
habentem quandocunque voluerit transferendi et trans:
portandi cui transportandi memoratus recognoscens seac
suos suedres in et sup bonis suis generaliter omnibus
inscribit et obligat non contradicturum sub vadio sexa:
ginta florenorum pecuniae Polonicae per eundem
recognoscentem Nobilem Ilko Popiel sive eius Succes:
sores praedicti Consorti suae vel cuivis amico illius sive
Successoribus ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem
vadio modo praemisso succubito praemissisq omnibus
non complitis complendis citatus existens memoratus
recognoscens Nobilis Ilko Popiel sive eius Successores
ad instantiam cuiusvis amici eiusdem Consortis suae ad officium
praesens Castrense Capitaneatus Premisliensis extunc

recessum suprascripto mediante Inprimis citationis termino
in peremptorio stare vim parere respondere Iudicium praes:
tantum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum
pati debebit ac tenebitur suosque Successores ad eadem
omnia obligat. Eundem terminum primum peremptorium
et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper
peremptorios vera infirmitate actione maiori Successorum
minorennitate legatione mea vel extra Regnum servi:
tio militari ad Evictorem ac ad munimenta quaevis
tum et ultra proximos terminos officij praefati Castrensis
Capitaneatus Premisliensis ad Quietationem dillacione alijsque
quibusvis dillacionibus et legalibus impedimentis non pro:
trahendo nullas controversias motiones appellationes earum
prosequutiones faciendo praemissaq omnia poenis sim:
plicibus vel triplicatis Evacuationibus suspensionibus fatalibus
iuris praescriptione Terrestri Bello Conventionesq tum alijs
omnibus iuris defensis non subterfugiendo sub suae suo:
rumque Successorum totius et integrae causae amissione
praesenti recognitione ad praemissa omnia mediante

Actum in Castro
Premisliensi feria